

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

94. Considerando Passionem Domini, apprehendere imaginatione, vel  
intellectu, ac etiam voluntate, Passionum Christi merita, iisque auimam  
ditare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

sione, erudire potest, immo & debet, unumquemque Christi fidelem imitatem, ut in studio imitationis, & in cultu virtutum, non per insinuationem, sed quantum cum Dei auxilio praevalet, ad summa in omnibus exercitiis suis conatur: & gloriosus in illis coram caelo & Deo apparere ac eminere satagit. Humilis quis esse vult? in vera, & interna humilitate, per insignes humiliationes atque vilificationes ad summam & ipsi caelo mirandam evadere atque sedem figere studeat. Patiens quis esse cupit? per omnem patientiae messem innocenter, patienter, pacate, hilariter, delectabiliter, cum fame & siti amplius ampliusque pro Deo & Christo ejus patiënti, usque ad consortium crucis Dominicæ emitatur. Mundi contemptor, ac rerum egens esse sitit: ad eum gradum evolet, in quo Christum constitisse novit: ut non habeat in terra, quantum in ipso & ejus statu situm est, ubi caput reclinet suum: sitque illi summa & plena egestas ac nuditas cum Christo: præ omnibus universi Mundi opibus & commodis.

## MODUS XCIV.

**N**Onagesimus quartus Passionem Domini meditandi Modus esse potest, apprehendendo sive per Imaginationem, sive per Intellectum, atque etiam voluntatem Passiones Christi, earumque merita, & eadem applicando ad Animas nostras, easque iisdem Domini meritis quam copiosissime locupletando. Desumam, & exponam Modum hunc, ex quodam Tractatu meo Spirituali,

Ss 2

[Do-

[ Docuit nos Modum hunc Passionem Domini, ejusque merita tractandi, ac nostris animabus applicandi, illasque opibus Christi perfiditandi, ipse met Spiritus Sanctus in scriptis suis, & quidem satis frequenter. Isaias Prophet concinit promittendo, ac simul provocando. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*.

*Zach. 13.* 1. Idem loquitur Zacharias. *In die illa erit purificans domui David, & habitantibus Ierusalem, ablutionem peccatoris, & menstruae. Qui namque sunt isti fontes Salvatoris patentes ad ablutionem, aut quæ aliæ aquæ, nisi Passiones & vulnera, nisi sanguinis & mortis merita IESU Christi? quæ in Sacramentis ejus deposita, inde hauriuntur ab Animabus nostris, partim ministerio Ecclesiæ, partim devotione cujusque fidelis: sive is sit peccator poenitens, sive etiam Justus proficiens, atque perfectus in via & Legi Domini.*

*Hanc ipsam de Sanguine ac Meritis Passione Christi Meditationem seu Imaginationem, usurpat saepius Beatus Joannes in sua Apocalypsi,*

*Apoc. 7. 14. partim cum ait: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbor-*

*Apoc. 22. 14. runt eas in sanguine Agni: partim cum dicit: Beati qui lavant stolas suas in sanguine Agni ut sit puritas eorum in ligno vite &c. Qui idem Apostolus alio loco vocat, nomine pretii redemptionis nostræ sanguinem atque Passionem Iesu Christi*

*Apoc. 5. 9. quando ait: Redemisti nos Deo in sanguine tu-*

*Ps. 129. 7. consonè ad illam Davidis cantilenam: Coperi apud Deum redemptio, & ipse redemit Israel, omnibus iniquitatibus ejus: tum & phrasa Apoc.*

*1. Petr. 1. 18. licet: scientes quod non corruptibilibus auro*

*argy*

argento, redempti estis, de vana vestra conversatio-  
ne paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi  
Agni immaculati, & incontaminati.

Hæc, cum ita sint, licebit consimili ratione  
nobis Paſſionem, Mortem, vulnera sanguinem,  
Meritaque Christi Domini meditari, & appre-  
hendere, & usurpare, inque profectum no-  
strum spiritu.lem, & Animarum nostrarum  
coram Deo ditationem, ornatumque conver-  
tere. v. g.

Cogitans & Animo meo statuens Christum  
cum suæ Paſſionis meritis esse Fontem limpidis-  
simum, & simul largifluentissimum, instar Para-  
dysaici, manantis aquas salutis & sanctitatis, &  
beatae vitæ, & omnis gratiæ, virtutis, atque Per-  
fectionis, seu Participationis Divinæ, tota ca-  
pacitate Animæ, imò universæ substancialiæ meæ,  
ejusdemque, totfaucibus, quot partibus, imò  
atomis, per omnia instantia temporis ac vitæ  
meæ bibam, hauriam, derivabo, & deducam  
aquas meritorum in Christo contentorum, in  
cor, mentem, voluntatem, Animam, substantiam-  
que meam, & iis replebo totam entitativam ca-  
pacitatem meam.

Pari ratione cogitans Christum esse vitæ  
unam speciosissimam & fœcundissimam, faciam  
me totum, quantusquantus sum in omnibus  
particulis atque atomis meis, in omnibus quo-  
que actionibus & passionibus, seu mutationibus  
meis, veluti multiplicem palmitem, atque etiam  
botris quarumlibet actionum mearum obsitum;  
sicque ex Christo, & ex ejus meritis, humorem  
omnigenæ sanctitatis, perfectionis, & gratiæ  
traham, & botros operum fœcundos, turgidos-

Ss 3

que

DR. 13.  
EKL  
CLXXXI  
CLS III  
V  
8

que pretioso Christi sanguinis vino faciam, & tales gustui, mensæ, cellis vinariis Sanctissima Trinitatis, & Christi, & totius cælestis cura adferam, inferam, offeram, & propinabo, in omnemque æternitatem recondam, seu reservabo.

Simili modo cogitans Christum esse Balneum quoddam, seu Thermas salubritatem omnem scaturientes, quarum efficacitate, & à solidibus abluamur, & morbositatem omnem depallamus, & omni puritate ac decore ornemur, ut omnia opera nostra tum purifcentur, tum sublimentur quotidie, saepiusque in die, quin & singulis (quoad huic vitæ fragilis) spirationibus, & commotionibus, ac momentis; Totum me, totamque substantiam, & enitatem meam, actionumque mearum, injiciam in balneum hoc sacratissimum, & in eo me, meaque omnia abluam, purificabo, emundabo, sublimabo, & ornabo. Nunquam penitus ex hoc pretioso dolorum, vulnerum, sanguinis, mentorumque Christi balneo egrediens, nunquam me ab eo desiccans, sed semper in eo, ad instar pisciculi in mari innatans.

Cogitans item, Christum ejusque Passionem, esse immensam quandam inexhaustamque auctoritatem, pretioso & incorruptibili auro reserfissimam, & quemadmodum omnibus, ita & mihi pauperculo expositam, atque ad erendum omnimas auri cælestis opes liberaliter concessam: ponam ædificiolum meum in hac fodina, & omnia scriniola, omnes sarcinas substantia mea, mearumque virium, potentiarum, articulorum, actionum, & alterationum, volitionum, desideriorum.

S: —  
G: —  
oper:  
Toti  
Ne  
5

deriorum, necessitatum, capacitatum, & possibilatum perpetuo implebo, cumulabo, infasciam, iterum iterumque. Indubitatum est enim: totum Christum, omnes ejus particulas, omnes potentias, omnes actiones, omnes passiones, omnes atomos ejus, fodinas esse, omnes item ejus vitæ minutissimas minutias, omnes dolorum, passionumque indivisibilitates, esse abyssos divitiarum salutarium, cælestium, divinarumque. Omnis enim plenitudo latet & scaret in eo, ita ut ex una Christi Passionum (v. g.) atomo, liceat abyssos thesaurorum eruere, & promere, gratiarum, virtutum, perfectionum, donorum, meritorum, sanctitatum, beatitudinum. Dummodo (m̄i homo) in quo haurias habeas. habes autem si te ipsum habes: si inquam te ipsum in Christi tibi dati & donati, & in possessionem omnimodam traditi, usum, fruitionem, possessionemque convertere noscis, & noscendo ad realem usum minimè pigrescis.

Eâdem ratione, cogitare licet Dominum JESUM Christum Passum, ejusque Passionem, ac Passionis merita, esse velut universitatem officinarum rebus ad usum humanum necessariis refertissimarum. Hic Armamentarium, hic Apotheca, hic Vestiarium, hic Bibliotheca, hic Gazzophylacium, hic cellæ penuariæ, atque vinariæ, hic omnium artificiorum collegia, hic arsenale navibus in portum æternitatis beatæ advecturis redundans, hic denique promptuaria eructantia ex hoc in illud, nec non omne bonorum genus acervatum, repositumque, ac simul omnibus, uti, capereque in rem suam volentibus, expositum. Solus ergo restat hauriendi, & in usum

Ss 4. derivan-

25112:

251

25112

251 III

251

251

251

derivandi, utendique labor. Qui ipse labor, si ne labore est, cum in sola voluntate libera, in solo desiderio, in sola intentione, atque cupiditate nostra propemodum, principaliter certè constat: adeò, ut quantum desideras, quantum desideria, intentiones, cupiditates, votaque nundilatas, tantum capias, & adhuc infinites infinitas supersint, quæ si velis, si velle velis, eo ipsocapias. Itaque h̄ic mihi tantum licet, quantum libet. Hic non duplicibus, sed millecuplicibus quotidie mutatoriis vestiri, induique possum: defumendo mihi vestimenta Christi mentorum, virtutum, gratiarum. Idem dico de omni armaturae fortium, quæ in Christo omnis est, pendentibus ex eo non mille clypeis, sed mille milibus clypearum. Idem dico de medicinali Apotheca: quæ h̄ic ad omnes morbos sanandos, ad omnes sanitates tuendas abundat, & patet assiduo. Idem dico de Gazophylacio, in quo omnes thesauri, non unq̄ tantum homini, sed universo generi humano ditando superabundantissimè sufficiens. Dico item de promptuariis, cellis refertissimis: omni omnino alimoniaz, deliciosa statisque spirituallis, atque cælestis genere, quoniam usque ad delicias, usque ad beatitudines amamus. Sed horum in enarrando finis nullus esset: utinam uis ipsius, atque fruitionis, nullus quoque finis, nullus modus, nullus terminus, sit apud nostras Animas, Mentes, Corda, voluntates.

Ut igitur paucis multa complectar, satis habeo recensere catalogum eorum, quæ in Christo Domino, potissimum Passo, habemus bonorum, nobis non minus necessiorum, quam in eo ad usum nostrum paratissimorum.

Itaque Christus est mihi DEUS Creator, ego illius indigentissima creatura. Christus mihi Rex: ego per omnia subditus. Christus meus Dominus supremus, absolutus; ego ejus servus, mancipium, jumentum. Christus Caput meum, ego membrum ejus. Christus vitis, ego Palmes. Christus Fons, ego rivulus. Christus Cor, ego vena. Christus Artifex, ego instrumentum. Christus Idea, ego opus. Christus Prototypum, ego adinstar. Christus Nutrix, ego lactens. Christus Spiritus, ego corpus. Christus vita, ego vivens. Christus Hortulanus, ego areola. Christus nubes rorida, ego terra sitiens. Christus Cultor, ego vinea. Christus Agricola, ego agellus. Christus Pastor, ego ovicula. Christus Doctor, ego discipulus. Christus Medicus, ego infirmus. Christus Imperator, ego tyro militiae. Christus Musicus, ego organum. Christus Anima, ego cadaver. Christus Architectus, ego materia. Christus Fundamentum, ego superstructio. Christus Sol, ego aer illunis. Christus Figulus, ego lutum, & figmentum. Christus Dives, ego pauper. Denique Christus totum meum & omnis sufficientia mea: Ego sine illo nihil sum, nihil possum, nihil mereor boni. Aegritudo aeterna, miseria infinita, indigentia inexpleta, merum, & purum, imo & malum nihil.

Hæc omnia Homini Christus, hæc item homo Christo. Gaudeat Homo de se tali qualis est, & de se eo, qui est. Non quia is, & talis est. (hæc enim non gaudii, sed moeroris seges est) sed quia is, & talis cum sit, talem sibi habet Christum: ad omnia infinites divitem, infinites paratum, infinites desiderantem, danda, elargien-

Ss 5 da,

da, profundenda, in omnem, & per omnem, termitatem.

## MODUS XCV.

**N**Onagesimus quintus meditandi Passionem Domini Modus esse potest: eam cum Scala Jacob comparare, sive in eascalam Jacobo monstratam invenire, & per illam post Christum usque ad Deum ascendere.

In Scala Jacob, etsi plura possint considerari: aliqua tamen solùm hic attendere sufficiet.

Igitur scala illa uno extremo sui tangebat terram, altero Cælum.

Latera habebat hinc inde duo. Gradibus fuit distincta: Angeli per eos descendebant & ascendebant. Deus in supremo scalæ innitebatur.

Hæc Scala per allegoriam designat nobis Incarnationem Verbi, & pressius etiam Crucem, atque Passionem Domini nostri, per quam velut per scalam & ipse ascendit in cælum, testante ipso: *Oportuit Christum pati, & ita intrare gloriam suam.* & omnis Christianus post ipsum eodem ascendere debet. juxta Domini quoque dictum: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat Crucem suam & sequatur me.*

Christus igitur Dominus, & Crux, atque Passio, & tota Incarnatio, atque illius Oeconomia, Scala est.

Ejus unum extremum terram, alterum vero Cælum tangit: tum quia Christus Homo, Deusque simile est, tum quia ita Verbum descendit in terram, inque Virginis uterum, ut tamen apud Patrem in sinu manserit in Cœlo. juxta illud Domini

S: —  
G: —  
oper:  
TOM  
N: —  
5